



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXXXIII. De Adventu peregrinorum & vastatione territoriorum
VVaykine, Russigne & Strogele.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

PARS TERTIA

392

Carolus Beffart Trevirensis XIII. Mag. Gen. Ord. Teut.

sanctorum reliquiis jejunavit. Tandem dum infirmaretur post receptionem Sacramentorum fuit sine cibo XXXIX. diebus & noctibus, & tunc in Domino feliciter obdormivit.

ANIMADVERSIO.

(a) De probationibus percandens ferrum, ferventem aquam, duellum,
Vid. Antonius Thysius in *Memorabilibus Polydori Vergilii Historie
Anglica adjectis pag. 815. Boxhom. in Hist. Universi. pag. 582. seqq.*
Joh. Christophorus Bemmannus in *Dissertatione Historico Politica
de Judiciis Dei aliquae juris Canonici Doctores.*

CAP. CCCXXXIII.

De

Adventu peregrinorum & vastatione
territoriorum VVaykine, Russigne &
Strogele.

Anno Domini MCCCXXII. illustres viri & Domini Bernhardus Dux (a) Wratislaviensis de Polonia, Comes de Gerodisseke, primogeniti filii Comitum de Juliaco & de Wildenberg de Reno, Dominus de Lichtenberg & Bligt, cum fratre suo de Bohemia cum multis militibus & armigeris venerant ad terram Pruschia. Cum his omnibus & tota potentia exercitus fratrum à terra Colensi & infra, frater Fridericus de Wildenberg gerens vicem Magistri generalis & fratres CL. tempore hyemali intraverunt territorium Waykenam, rapinâ & incendio, tam Castrum quam alia

Anno Domini MCCCXXII. in terra Pruschie in Castro Brandenburg Thomas filius Herwigi de Pokarvus vixit, qui, cum esset IV. annorum, mortuus fuit, & revixit virtute ligni Dominici, quod antea frater de Ulckenstein de Reno illuc tulerat, & frater Genehardus de Mansfelt semel proiecit in ignem & de igne resiliit, pluribus videntibus, ad probandum quod esset verum lignum Crucis in Castris pependit.

alia



alia ædificia destruentes, tantam stragem fecerunt in populo illo, quod nec ibi tingens ad parietem superesset. Sequenti die intravit territorium Ruschigenam, & tertia die territorium Erogelam, & utrumque incendio molestabant. In vespere hujus tertii diei obsederunt castrum Pistam ipsum fortissimè impugnantes : sed peregrini adeò bene fuerunt armati, quod dum scanderent ad moenia castrenses, nec lanceis, nec gladiis, nec aliquo genere armorum poterant ipsos ab ascensi prohibere. Tandem duo vel tres aut plures acceptâ hastâ posuerunt eam ad pectus & dorsum ascendentium, & sic premendo eos à mœniis dejecerunt. Supervenientibus ergo tenebris noctis, cessaverunt fratres ab impugnatione. Sequenti die cum iterum vellet ad pugnam accedere, Castrenses dederunt obsides, promittentes se fratum imperio subjacere. Sed artante ipsos Rege Lethovvinorum, fidem præstitam postea non servabant.

ANIMADVERSIONES.

(a) Jeroschinus eum Ducem Svidnicensem : Strykovius vero cum Dusburgio Wratislavensem fuisse dicit.
(b) Alii Rossianum vocant.

CAP. CCCXXXIV.

*De**Vastatione Episcopatus Tharbatensis
terra Livonia.*

MEdio tempore quo exercitus iste fratrum ejus esset in dictis territoriis, Lethovvini cum magnâ populi multitudine intraverunt terram Lethoviae, & præter alia damna, quæ in Episcopatu (a) Tharbatensi fecerunt incendio & rapina, quinque milia hominum Christianorum & amplius interfecerunt, & in captivitatem perpetuam deduxerunt.

Ddd

CAP.

